

- Emmo. (11). Similiter et reliquos gradus clericorum minores ac maiores, quos abbas iam dicti monasterii elegerit^a, sine aliqua premii acceptione, iuxta quod lectio^b docet, constituimus consecrare.
- Aud. (12). Neque ulla alia potestate in ipso monasterio^c, ut 5 diximus, neque in rebus^d seu ministerium aut ornamentum ipsius neque in personis^e, dum tanti gloriosissimi principis petitiō intercessit, vel quia ipsi monasterium ipsum construxerunt vel ditaverunt, vel pro reverentia sanctorum apostolorum et martyrum, seu pro eo ut quieti sub regula 10 sancta ipsi monachi vivere debeant ad ipsum monasterium deservientes, nec episcopus nec archidiaconus aut quislibet^f alia persona, ordinator ecclesiae Ambianensis^g aut quodcumque de eodem monasterio sicut de reliquis parroechias usurpare aut commutare aut aliquibus rebus auferre vel 15 species, quae ad ipsum monasterium sunt conlate, deferre ad civitatem^h audeat, ut de perfecta quiete valeant ipsi monachi, qui ad praefatum monasterium deserviunt, duce
- Aud. Domino per tempora exultare et sicut antedictaⁱ monasteria sub libertate vivant, ut pro statu ecclesiae et salute regum 20 vel stabilitatem regni et tranquillitatem patriae valeant plenius pium Dominum exorare.
- Burgundof. (13). Et^k si aliquis de ipsis monachis contumax fuerit, ab abbate praedicti monasterii secundum canonicam^l institutionem emendetur. 25
- Aud. (14). Ut hoc privilegium sub ea, ut diximus, libertate, qua antedicta^m monasteria et monachi vivunt, debeat in perpetuum permanere firmissimum, ut iam dicti monachi adⁿ sepe dicto monasterio deservientes nostris et futuris temporibus sub libertate consistant, quia nihil de canonica auctoritate 30 convellitur, quicquid domesticis fidei pro tranquillitate pacis vel pro reverentia sanctorum tribuitur, illud etiam addi placuit, ut ipsi monachi sub regula sancti^o Benedicti vel sancti Columbanī conversare et vivere debeant.

a) sive intra aut extra monasterium *add. Lev.; om. c. cum E.* 35
b) electio *E.* c) utatur *add. Lev.; om. c. cum E. A.* d) *ita c. cum A.*
neque in ministerio seu in rebus aut ornamento ipsius *falso Lev.* e) donandi aut commutandi *add. A.* f) *ita c.* g) habere praesumat *add. E.*
om. Berthefridus cum A. h) *haec ex tit. 6. iterata sunt.* i) sub antedicta regula viventes *E.*; plura *A.*, ubi monasteria nominata non sunt. 40
k) *titulum om. A.* l) secundum regulam ipsius b. (domni *E.*) Benedicti vel b. (s. *E.*) Columbanī *B. E.* m) *ita E.*; plurima *A.* n) *ita recte c.* (cf. *supra* l. 11); *om. Lev. in textu.* o) *pro regulae auctoribus scripsit:* sicut superius diximus, neque vero *supra* eos nominavit *A.*